



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. An liceat Principibus concedere libertatem conscientiæ sine consensu Summi Pontificis? Et affirmatiua sententia affertur. Et infertur non posse Principes, inconsulto Pontifice ex causa ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

prohibitus est naturalis & diuina, in qua dispensatio; & derogatio locum habere non potest; ratione secundi prohibitus est solum positiva & Ecclesiastica; qua habet locum, quando adest periculum subuersio- nis, & timetur scandalum. Et cum negotia tempora- lia de se non ordinantur ad scandalum, neque subuer- sionem sed sunt indifferentia; propter bonum com- mune permittuntur cum hæreticis; nam aliquando hac occasione conuertuntur ad Catholicam fidem, conuertendo cum Catholicis. Mente tamen tenen- dum est, cum dictis hæreticis solum occasionaliter agendum esse; nam si præter necessitatem in ordine ad milicium, & mercaturam cum ipsis nimis familiaritas, visitatio, numerum oblatio, &c. habetur, ex his oritur contra Catholicos suspicio de hæresi; per ea que adducit Carena in tract. de Officio Sanctæ Inquisi- tionis, part. 1. tit. 4. § 7. per totum, & Paulus tom. 1. tr. 4. disp. 2. p. 9. n. 5. vbi sic ait. Verum & si ratione excommunicationis, quam hæreticus contrahit, eius familiaritatem non teneatis vitare, quousque denun- tiatus sitramen si inde hæreticus occasionem sumit perseuerandi in hæresi, vel alij præsumunt te illius erroris consentire, omnino illum vitare debes. Quia propter in foro externo ex nimia cum hæretico familiaritate, conversatione, numerum oblatione hæretis suscipias redditus, & fautor hæretici in- dicaris, ex tex. in cap. Inter sollicitudines, vers. in pa- ram, de Purgat. Canon, vbi indicatur purgatio sic cum hæretico conuersanti ob suspicionem, & ab of- ficio suspenditur: suspicio autem modis leuis, modis gravis indicanda: Et pro qualitate circumstantiarum ita ille. Et ita in Regno Sicilia, quando naues ex Anglia ibi cum ceremoniis aduentient; relinquimus Sieulos cum dictis Anglis negoriantur in ordine tantum ad mercatorum. At si extra illam nimia familaritate, cum ipsis verentur, Inquisitores contra illos procederent, consideratis circumstantiis lo- ci, temporis, personarum, & prout moris est in

nostro Sacro Tribunal. Vnde ego his diebus inter- rogatus, quid faciendum cum multis hæreticis hic Romæ existentibus; stante Iubile anno Sancti; Respondi conuersantes cum ipsis non incurtere in censuram ex superiori dictis, quia non sunt hæretici nominati denunciari; tamen cum ipsis putavi tan- tum transeunter, occasionaliter, & parce loquendum & conuersandum esse, & à frequenti familiaritate cavadendum; nam alioquin ex illa posset orihi suspicio, scandalum, periculum, &c.

7. Sed post hæc scripta inuenio omnia à me su- perius firmata, confirmare etiam Magistratum Tex- dam Dominicanum in Theolog. mot. tom. 2. lib. 3. tract. 1. dub. 1. nu. 3. vbi docet Principes posse inire foedera, & celebrare contractus cum hæreticis, nec obstat quod sint excommunicati: quia, ait ipse, cum hæretico non nominatis excommunicato; dummodo toleratus sit, bene possumus participare in omnibus actionibus, tam spiritualibus, quam ciuil- bus, excepto peruersio- nis periculo, & scandalo Ita Texada, qui citat Cajetanum in 2. 2. q. 3. art. 10. Et tandem nota ex hac Doctrina aliquos etiam acceptere non esse illicitum communicate cum hæreticis damnatis in nostro Tribunal Sancta In- quisitionis à Quesitoribus fidei; vt obseruat Hurt- tadus, vol. 1. de fide disputatione 7. f. 1. §. 10. & te, & totam doctrinam numer. 4. licet contrarium afferat Suarez in 3. par. tom. 5. disp. 9. f. 2. num. 10. & de fide disputatione 21. f. 7. num. 7.

Et hæc dicta sufficiant circa presentem qua-
stionem, quam ita clare, & practice, ac minu-
tum disculpsam apud alios Auctores non inuenies.
Et ego illam composui iusto eruditissimi, & nun-
quam satis laudanti viri D. Laurentij Ramirez de
Prado, in supremo consilio Castellæ S. natori di-
gnissimi, indissolubili amicitia vinculo mihi con-
iuncti.

Quod hoc
lege R. f. &
§. annotatio-
nis præter-
ita docet Sanchez in Summa Tom. 1. libr. 2. cap. 9.
numer. 4. licet contrarium afferat Suarez in 3. par.
tom. 5. disp. 9. f. 2. num. 10. & de fide disputatione 21. f. 7.

num. 7.

TRACTATVS XIV.

D E

LIBERTATE CONSCIENTIAE,

An possint illam Principes Laici, inconsulto
Pontifice hæreticis concedere?

RESOLVTIO PRIMA.

An licet Principibus concedere hæreticis libertatem conscientia sine consensu Summi Pontificis?

Et affirmativa sententia affertur?

Et infirmatur non posse Principes, inconsulto Pontifice ex causa necessitatibus publica dare licentiam Iudeis exer- cendi usuras, & possunt in hac re per Ecclesiam impediiri. Ex parte 10. tractatu 3. Resolut. etiam 1.

Affirmativa respondent hæretici. Vnde Benedictus Carpzonius in legem Regiam Tom. IX.

Germanorum capite 3. sectione 6. numer. 1. sic ait. Vti saniores, & concordes pacificationem Religionis doctrina to- amant; eamque seu singulare Dei beneficium agno- tius prece- dentis tract. scordes illam odio profequuntur, eamque nobis signanter in Ref. 8. §. Sed si ante me- criptere omnibus modis student. Hoc, vt eo fa- cilius efficerent nonnulli ex ordine Iesui- dium, vers. nam licet Pacificationem Religionis ab initio statim pa- rium habuisse authoritatis, contendunt; quod nempe consensus Pontificis ad validitatem huius actus non accelerit, qui tamen maximè fuit nec- cessarius; cum Pacificatio hæc non minus tangat Pa- pam, quam reliquos imperij status: præterim quod in ea agatur de minuenda ipsius autoritate & in-

S S risditione

482 Tract. XIV. De Libertate

risdictione, quæ per illam suspensa est. Et quoties de Religione disceptatur, cùm omne iudicium referri debeat ad Ecclesiam Romanam; equis inficias ibit in hoc pacto Religionis contra ritum & normam Conciliorum fuisse peccatum? Ita ille, cui addit Christophorus Chiebentas in Collegio Politico exercit. 13. quest. 7. Martinum Rummelium ad auream Bulam Caroli IV. part. 3. differ. 1. in Corollar. de pace Religionis 1. & ibi Millerum in addit. Christophorus Besoldum in opere Politico differ. 1. de educatione, & studiis litterarum, &c. cap. 10. num. 1. Hanc sententiam videtur etiam docere ex Catholicis Petrus Wadingus ex Societate tract. de contract. diff. 5. dub. Sup. hoc in 13. n. 1. vbi assertit, posse Principes, inconsulto Pontifice, ex causa necessitatis publica date licentiam ante medium, Iudeis exercendi usuras, nec posse in hac re per Ecclesiam impediri; & putat in hoc pari pauli procedere tolerantiam, & permissionem exercitii usurarum, & libertatis conscientiaz: vnde in diff. 3. dub. 4. §. 2. num. 6. videtur aperte sentire, Principes inire posse pœna cum hereticis, inconsulto Pontifice. Nam dicit, quod in hoc Iudeo Ecclesiasticus debeat stare iudicio Principis secularis, posset etiam pro hac sententia aliquis adducere Petrum Godelinum Jurisconsultum, & Professorem Regionum Academiae Louaniensis in Commentariis de iure Pacis. 9. vbi loquens de pœnitionibus initis in Germania, & Gallia cum hereticis, sic assertit: censet Principis esse officium, Religionem concitis viribus tueri, nec pati ut minimum de ea detrahatur. Similitudine hereticorum, corumque potentia iam sit tanquam, ut nequam videatur visoria; pacem cum eis quarti posse, concedo, extrema ista necessitate urgente, potius quam pax fieri designat (modò hæc nihil habitura sit insidiatum) & eriam de Religione non nihil remitti posse. Nam ipsa est alia ratio componendorum dissidiorum in Germania, & aliquoties in Francia aliisque Regnis, adhibito prius iudicio doctissimum tam Theologorum, quam Jurisconsultorum, qui assertuerunt in tam ratiōne Reipublica statu eiusmodi pœnitionem licitam esse. Ita ille. Ex eius verbis apparet, Principes in casu, de quo loquimur, posse omnia determinare ex consilio Theologorum, & Jurisconsultorum; nam ipse nullam facit mentionem de consultatione cum Summo Pontifice.

RESOL. II.

Opinio negativa authoris proponitur, negans Principibus laicis hanc pœnitentiam independenter à Summo Pontifice, & rationibus stabiliter. Ex part. 10. tract. 3. Ref. etiam 2.

S. I. Verum, his non obstantibus, ego protinus existimo, quod si periculum non sit in mora, Principes secularares in gravissima necessitate Reipublica, cui alter sucurti non posset, nisi concedendo hereticis libertatem conscientiaz, necessarium esse de hoc ac de pactis & conventis cum ipsis initis, Summum Pontificem consulere. Et ratio duplex est. Prima, quia cum in eiusmodi pactis & conventis traetetur non solum de rebus temporalibus, sed de Religione, rebusque spiritualibus, ac simul per ea saltem ex consequenti derogetur communibus iuribus & legibus Ecclesie, ad quæ alioquin tuenda Principes ipsi, velut Ecclesie protectores obligantur; necessarium videtur, per se loquendo, ut ea, inconsulto Pontifice, ad quem eiusmodi causa pertinet, non ineatur, cuius est statuere & iudicare, quid

præsenti Ecclesie statui expediens sit. Altera causa est, vt pacta eiusmodi, & conventa firmius stant; ne forte, si postea Pontificis autoritate ea causa non nunquam irritentur, noua scandala perturbationes, que in Ecclesia subequantur.

2. Confirmatur hac sententia primò quia certum est circa fidem Catholicam nihil Principes saeculares posse disponere, ergo nihil etiam possunt disponere de opposita hereticis videlicet, vt est in casu nostro, yrgeante necessitate si toleranda, nec nemus oppositorum eadem est ratio; & Iurisconsulti docent, ex oppositis validum esse argumentum, vt obseruat Menochius, conf. 97. n. 67. Hypopolit. Rimini, vol. 6. conf. 977. num. 31. Macardus conf. 450. n. 40. & alij. Itaque cum huiusmodi pacta ratione ipsius materia, quia est permisso hereticis, propriè Summo Pontifici, & Ecclesiasticis potestest subiiciantur quo pacto dici potest posse a Principibus initio, ipso Pontifice non approbat?

3. Probatur secundo: nam pontifici sub persona Petri dictum fuit, Io. 21. *Pax eis Oves meæ: sed ab ovis Ecclesie accipi lupos, id est hereticos, aut reducere, vel tolerare, pertinet ad ius pœnendi; vt de se patet, & probat Suarez de fide, disputatione 20. sct. 3. n. 21. & alij: ergo à nemine hoc fieri potest sine Summo Pontificis consensu. Vnde quo pacto tractandi sint hereticci in hoc ouili, non pertinet ad Principes laicos, quia ipsi sunt etiam oves, vt cæteri, sed ad supernum ouilis Christiani Pastorem; qui est Summus Pontifex, ad illum enim pertinet de hereticis disponere in ordine ad Religionem, circa quos habet ius acquisitionis ratione Baptismi, cum eius charactere hereticci retinante: cap. Quod quidam 1. q. 1. c. non in nobis de confe. diff. 4. Et licet hereticci à fide defecerint Pontifex retineat adhuc ius in illos, sicut pastor in oves errantes, cap. Maiores de Baptismo; cap. 1. de sponsalibus, & ibi glossa verb. non debet, & in aliis iuribus. Ergo. Probatur tertio ex parabola Matt. 13. in qua iudicium de Zizania eradicanda, vel non eradicanda (qua quidem Zizania sunt hereticci, teste Augustino, Hieronimo, Chrysostomo, Cypriano libro 3. Epist. 3. & ex scholasticis Lector in 2. 2. Dini Thoma quest. 11. art. 4. diff. 43. num. 4.) præbetur à Christo Domino Patrifamilias, qui est Summus Pontifex: vt obseruat Cardinalis Bellarminus tractatu de potestate Papali cap. 9. §. 16. ergo hoc iudicium de tolerandis, vel non tolerandis hereticis, non potest pertinere ad Principes Seculares; quia ipsi in domo Ecclesie sunt subditi, & non patrifamilias. Et ideo non deserat hic apponere aurea verba Maldonati in citatum cap. Matt. num. 26. sic afferentis: non verò hæc dico, quod non malum hereticos converti, quan occidi, sed tantum, quia Principes ista leturi non sunt; eos qui Principes monere posunt, admoneo, non licere illis, istas, quas vocant conscientiaz libertates, nimium nostro tempore visitas, hereticis dare nisi prius Ecclesie, aut is, qui Ecclesie caput est, Romanus Pontifex, Christi personæ, & tanquam Patrifamilias iudicauerit non posse euelli Zizania, nisi simul & Triticum euellatur, & è re Ecclesie esse, vt visque ad messem permittantur utraque excrescere. Huius enim rei, non Principum, qui patris familias serui sunt, sed ipsis patrifamilias, id est Ecclesie gubernatoris iudicium esse debet. Ita Maldonatus. Quid respondebunt aduersarij ad tanti, & tam incomparabilis Viti authoritatem.*

RESOL. III.

Probatur etiam opinio negativa ex patribus, quin dicitur Federicus